



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

VII. De fructibus in ecclesiam, & non alibi, dandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
CHRISTI

CANONES.

I.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac^m religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut quæ in regnum Dei introire non possit, anathema sit. Distin. 31. Si quis vituperat. Distin. 30. Si quis nuptias in ac.

II.

ⁿ Si quis carnem edentem, præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione & fide condemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit. Dist. 30. Si quis carnem man.

III.

^o Si quis seruum, prætextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium, vt discedat ab eius obsequio, nec ei cum beneuolentia & omni honore deferuiat, anathema sit.

IV.

^P Quicumque discernit a presbytero qui vxorem habuit, quod non oporteat eo^q ministrante de oblatione percipere, anathema sit.

V.

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & Conuentus qui in ea celebrantur, anathema sit. Dist. 30. Si quis docet do.

VI.

Si quis extra ecclesiam seorsum^r Conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesiæ voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi, anathema sit. Dist. 30. Si quis extra eccles.

VII.

^o Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam ac-

SIS,

usu pat-

n conti-
bitum v-

anantem

m conti-
negligere.
religionis,

lieri non

dominico

mia ieru-

basilicis

cipere, vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblata præter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit.

IX.

Quicumque virginitatem custodiens, aut continentiam studens, velut horrescens, nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

X.

Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum seruant extollitur aduersum coniugatos, anathema sit.

XI.

Dist. 42. Si quis despici-

u Si quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

XII.

Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallii vtitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despicit eos qui cum reuerentia birris & aliis communibus & solitis vtuntur, anathema sit.

XIII.

Dist. 40. Si qua mulier.

Si qua mulier propter continentiam, quæ puta-

ANNO
CHRISTI
.....